¶ Item fumigium aceti calidi multum aperit aures et 9fert auditum per suam subtilitatem. albert. ¶ Item tere oua formicar et per linteum cola et adde succum poligonie et auribz infunde uetustissimam surditatem concedat. G. in dyn. ¶ Item urina per se calida infusa humorez aurium desiccat et celit' sanat. id. ibid. dolorem sedat. G. in dyn. ¶ Item re cepas et cuminum cum oleo et frige et calid' appone dolorem sedat. G. ibid. ¶ Item murem adeps instillat' statim tinnitum aurium tollit. pli. ¶ Item adeps dolori aurium et omni alij dolori multum ualet esca lap'. ¶ Item succus cancror fluuialium dol' aurium efficacissime ualet pli. ¶ Item auxungia gliris animal' iniecta aurium campana cendat deplorata. pli. conti

Ad tollend' guttam rosaceam. guttam rosaceam.

Fiat lac cum aqua de infusionibz nucleis pinear et pinguedo sup natans lacti calido 9iungat' gutta ro. absque dubio curabit. G. ¶ Item stephi fca cum palea ordei et auene. maluae et absinthij. unge h ungo. qr

Rx. farinam ordei et farinam fenugreci et boracis equali
pondere pulveriza et confice cum succo cepe et melle dispu
mato et inunge. Ro. ¶ Item contra guttam ro. inveteratam.
Rx. camphore ʒ. i. boracis ʒ. ii. farine ciceris rubeorum.
ʒ. iii. confice cum succo cepe et melle dispumato utere. Jo.
¶ Item leonis adeps cum oleo ro. cute faciei servat
a macula candorem quem servat. plus. ¶ Item contra impetiginem
faciei. lacertam viridem vivam vel uticam albam unge
pluries cito sanatur. Gi. in Dya. ¶ Item radix lapatioli in ace
to cocta et sale coletur et de aceto locus fricetur. Jo. Jo.
¶ Item ad tollendas rugas de facie et omnem egritudinem
expellendam radicem cucumeris siccam tere et cribra et
misce cum aqua frigida. tunc lava et hoc fiat per tres di
es et videbit mirum effectum. Jo. ibidem. ¶ Item ut totam faciem
facias candidam de sanguine tauri faciem linias ma
culas tollit et limpidam reddit. Jo. ibidem. ¶ Item fimus
columbi in aceto tritus et appositus omnem maculam
delet faciei. expertum. Ad dentes. Rubrica.
18 Si lavis os et dentes semel cum vino decoctionis
radicis timmalli numquam dolebunt. expertum. et Dya.
¶ Item sal et pasta et ad ignem combustum suppone dentibus
perfecte sanat. expertum. ¶ Item vehementi dolori mitte
succum edere terrestris in aurem partis dolentis. dolebit
parum sed statim dolor cessabit. expertum. Dyn. et Gi. ¶
Item ancora vel urina tranglinus fricetis in nare. Jo.
facit. ¶ Item semen iusquiami pone super carbones
et fumum per embotum recipe in dente vermen cadent.

Fac tu cere nove ... et simul mixta cum cera
et ... compasta ... et fac rotunditate ad quantitatem unius
... ut placet ... accipe unum scutellam et fac unam formam
sicud tortarolo et ... cum sive candela et pone dictam
placentam super uno ferro bene ignito. Item quod fumus spargatur et coniunctim
... tortarolo et fumiga dentes ... et exibunt ver
mes ... sive ... expertum

dolorem sedat. expi. ¶ Item unge dentē de medulla cu
balli certum est quia sanat. ys. ¶ Item farina nigelle
posita in dente perforato cito sanat. ys. ¶ Itē lavetur
os de apozimate bedegar: dolorē tollit ēē instans. ¶ Itez
imple dentē de dente raphani et fricentur gingive dolorē
tollit. dya. ¶ Item ut nunqm doleant limatura cornu
cervi bulliatur in aqua in olla rudi et immitte sepe in o
re ubi dolor est. dya. ¶ Item iunii vel aqm sin cum
decoctiōis cucumis agrestis ore tenta dolorē dentiū lon
gius arcz. ys. ¶ Itez succus cicoree positus in nare cōtr
dolorē oppositi dentis tollit. dya. ¶ Itez os dactili acce
sum pones inter dentes et tolles dol. expi. ¶ Itē in suc
co tota vitis coque corticē radicis mori usqz ad me
diū. lava os et dentes et nunqm dolebunt. exac. ¶ Item
unge dentes cum succo cepe qualz die nūqm dolebit.
exac. ¶ Itez frica dentes sepe cum radice pastinace et
tollet immensū dolorez coz. ys. ¶ Item scripsit bernard
in suma quā almagestū vocavit. qd si dente hoīs mor
tui dens dolens tangatur absqz dubio liberabitur.
ys. dicit. expi. ¶ Itez radix diptāni portata tollit do
lorē dentiū. expi. dicit ēē certū. ¶ Item quedā herba
formata ad modū dentiū dolenti denti applicata tol
lit dol. dentiū. sicut ego sum expertus. ¶ Itez radicē
intrinsecā nucis tere cum oleo et succū in aurē mitte
aliam ē. qm dens dolz et liberabitur. expi. ¶ Itez contra
fortē dolorē violas coque in vino et tene in ore. expi.
¶ Item granū unū opii teneas inter dentes stupesa

ciendo tollit dol'. Jo. ¶ Jtem acetū in quo radix ī
quiami bullierit dol' tollit. Jo. si inde os lauetur.
et diu teneatur. Dya. ¶ Jtem cornu cerui adustū
donec albescat tritū absterge dentes fortit' stringit
gingiuas. & sedat inflatū dolorē. Aui. ¶ Jtez tē
duas dolsas aliy. & liga sup brachiū illud a q̃ p
te dolz dens ppe manū. totū dol' attrahit. G. in pas.
¶ Jtem ex pte dolenti stilla in aurē succū blete
& cucumis asinini folior dol' dentiū tollit. Dya.
¶ Jtez in decoctōe origani lauentur dentes ul' sci
pos accensus ponatur in dente sup oms herbas in
uat. G. uiaticus & 9stan. ¶ Jtez serapinū inmissū
cauo denti inmissū dol' tollit. Dya. ¶ Jtez acetuz
decoctōis coloquintide diu tētū in ore sumimū est re
mediū. ul' si in cortice eius coquitur. cē instans. ¶
Jtez lac titimalli cū farina frumēti pistatū. et i
foramē dentis pōitis frangit dentez 9stan. & Dya.
¶ Jtez imple clauū dentez de gūmi ede. dol' tol
lit. Dya. ¶ Jtez tangatur dens dolens cū radi
ce apiy ranar. dol' statim tollit & dentez frangit.
Dya. ¶ Jtez laua cum aqua decoctōis balaustie
et suppone puluerē balaustie dentes molles fir
mat & reuma phrīco dol' tollit. Dya. expi. ¶ Jtez
fac gargarismū saluie tirte pecireti ysopi. elle
bori nigri rad' cucumis asinini radicis calamēti
& stiptis origani. & de parte eius mitte in aurē
partis dolentis cum olo. expi. ¶ Jtez pone h'ba

scabiosam tritam super dentes. ¶ Item lactucas in
oleo coctas tepidas sup pone. ¶ Item si dolor exce
dat sr pone opiu cum vitello ovi semicocto distem
peratu. ¶ Item si dens cavus impleatur stercore
corvi dentem rumpit et dol. tollit. ¶ Item quinque
grana seis ede et testa malignati cum oleo ro. di
stempa. et dextre auri et infunde dol. dentis sinistr
tollit. et e. dyns. ¶ Item radix iusquiami igni
fortiter calefacta si applices denti et radicibus eius ci
to cadit p se. cave ne aliquos tangat. quia omnes ca
dere fecit. ¶ Item pulvere piretri confice cum lacte
titimalli et galbani et pone sup dentes dentem fran
git et dolorem angit. constan. ¶ Item radice ebuli de
tem circa dolorem mox tollit dol. expi. ¶ Item succu
asfodilli pone in aure et tollit dol. dentis partis oppo
site. dya. ¶ Item facit idem succus cicoree. id. ¶ Item
radice iusquiami coque in aceto qui teneatur in
ore immensu dol. dentiu tollit. constan. ¶ Item succ
nasturcii portatus in aure illius partis a qua
dens dolz. tollit dol. id. ¶ Item. i. radix malve
admota denti dolenti. dol. tollit. id. ¶ Item extrahe
sine ferro radicem sene coils et tange cum ea locu dol.
3. diebus. et tamen repone eam in loco de quo eam era
dicasti nimus vivat. nunquam amplius iste dens
dolebit. pli. ¶ Item ysopus bulliatur in aceto et inde
foveatur dens. dol. cito tollit. constan. ¶ Item radix
pentafilon dentis tollit dol. dya. ¶ Item decocto

foliorum tamarisci dolori dentium subuenit. ys. ¶ Item
puluis factus de dentibus canis appositus dentium
fugat dolorem. Sextus ad octo. ¶ Item dens tactus
cum lacte canis appositus emittitur citius. ysidorus. ¶
Item aqua vel vinum in quo decoquntur folia pruni
vel cortex radicis eius sepe lota dentes et gingiuas
firmat uuulam et totum os ab omni querela defendit.
Dya. ¶ Item cerebrum perdicis cauo denti immissum ipsum
rumpit et dolorem tollit. ys. ¶ Item succus radicis peu
cedani vel herbe foramini dentis iniectus dolorem
non admittit. ys. ¶ Item radix sparagi trita et cum la
na dolenti denti admota ipsum sine dolore deiicit.
Dya. ¶ Item folia saluie super dentem dolentem posi
ta dolorem amputant et dentes qui cito a frigidis
leduntur confortant ut a frigore non ledantur. expertum.
¶ Item ruta cum vino cocta et super dolorem gene
super emplastrata siccando humorem tollit dolorem. expertum.
¶ Item si de pice cedrina que cedria dicitur impleas den
tem cauum ipsum quassat et rumpi facit. et si diu tenu
eris in ore omnino dolorem tollit. Dya. ¶ Item mastix
mollificata cum albumine oui crudi apposita iungit fis
suras labiorum. expertum. ¶ Item caput stellionis super
dentem dolentem positum statim sedabit dolorem. G. i
passionarius et aui. ¶ Item puluis cornu ceruini ponatur in
foramine dentis et eradicabitur. aui. ¶ Item radix apii
collo suspensa sedat dolorem dentium. ysidorus. ¶ Item succum
edere terrestris mitte in aurem eiusdem partis que dolet

dens mirabilis est effectus. G. in pass. ¶ Item si dens
sepe lavetur cum decoctione radicis bedegar inno
dentes firmantur et gingive corrose sanantur circa
instans. ¶ Item decoctio balaustiarum vel pulvis
appositus idem facit. Idem. ¶ Item pulvis coralli ap
positus est summus in confortatione dentium gingivarum.
avi. ¶ Item mastix masticatus dentes corrosos
firmat circa instans. ¶ Item radix millefolii ma
sticata ieiuno ore dol. dentium tollit. p. luc. ¶ Item
radix maiulei portata et masticata ieiuno ore do
lorem mox sanat. Id. ¶ Item folia fragarie masti
cata statim dolorem dentium tollunt. certum est et exp
tum. expi. ¶ Item lignum fraxini acutum incende et
dum ardet impone denti cavo prius impleto tyria
ca valet plat. ¶ Item corpus rane et propria pin
guedo applicata feliciter facit dentium avulsionem.
ideo dentes cadunt alium similium cani. avi. ¶ Item
gingive fricentur cinere dentium delfini multum iu
vantur et etiam dentes vel si tangantur ipso dente. — Item betonica cocta in vino et in ore retenta . tollit dolorem dentium. .19.

De sanguine a naribus fluente. Rubrica.

Succus stercoris porci expressus in naribus sanguinem
stringit constan. ¶ Item cave ne cingulum aut
ad eius stringat corpus et teneatur plena manus
de herba sanguinaria vel bursa pastoris. ante oculos et
fixe aspiciatur solo aspectu retinet sanguinem. expi.
¶ Item succus maurelle ponatur super caput si flu
at a dextra narе. sinautem super splenem. san. stan

git. Jo. ¶ Item pulvis fabe decorticate impotatus
sanguinez retinet etiam de vulnere. Dya. ¶ Itez in
dictis faba posita sup vulnus consolidat et san. re
tinet. expi. ¶ Item lapides fridi positi sup tempor
venas et bene pssi retinet fluxu. Jo. ¶ Itez succus
urtice in naribz imissus san. facit fluere fronti ill'
illinitus fluxu stringit. Dyas. exac. ¶ Itez mille
folium odoratu vl' bibitu retinet imissuz provocat.
expi. ¶ Item lapis iaspidis portatus et applicatus
retinet lapidarius. ¶ Item cinis feris de radice
urtice naribz insufflatus mire stringit san. expi.
¶ Item sanguis ipse fluens combustus et pulvis
eius naribz insufflatus fortissime stringit. et vul
nera solidat. Jo. ¶ Itez si fluat a sinistra ponere
ventosam sup splenez si a dextra sup epar. si mulierz
eadem tantu sup mamillaz expi. ¶ Itez in mulierbz
ponatur stupa intincta in albu. ovi super mamil
lam ptis fluentis cum succo maurelle. Jo. ¶ Itez
testa ollas cumpsa cum argilla et aceto et albu. ovi sta
tim confert. Jo. ¶ Item iaceat supinus et totus nu
dus et distilletur sup faciem eius aqua frida cum
aceto. h est secretu. G. ¶ Itez si infundantur pili lepo
ris in aqua et in aceto et imittantur. erit mirabile. exp.
¶ Itez sanguis vacce iniectus cito sup poste vul
neri statim sanguinez stringit constan. ego quod
plus iz usus. ¶ Itez cinis cornu vacce iniectus
cito retinet. expi. ¶ Itez pulvis feris de attramento

sup positus uulnu cum cinere radicis filicis sang
nem stringit et uulnera sanat. ¶ Item cinis rane
combuste in olla bene sigillata omne fluxu etia
de uulneribz sistit solidat et uenas. et arterias sanat
combustiones. Ge. ¶ Item sanguis fili. pdicis. tur
turis. columbe impositi. sanguine de uulne fluen
tem saluberrime curant. Dya. ¶ Item urina hois
cum cinere utris emplastata san. sistit a. ¶ Item
cineris sitracu puluere thuris al. mixtus et insuf
flatus sanguinez efficacit stringit. expi. ¶ Item
mastica radice urtice donec possis transglutire absz
dubio stringetur sanguis. p. luc. ¶ Item mastica
purtam et statim retinebit si in ore eam tenueris
no poteris emitte san. expi. ¶ Item psilius cacabi
ul sartagis extius cum succo urtice confes et im
missis naribz statim retinet san. id. ¶ Item gip
sum 9bustu 9 pilis leporis tritu et 9 albu. oui em
plasta san. retinet. et dearria 9stan. ¶ Item quedz
herba que uulgalit dr cauda trita posita sup uena
que mamilla san. retinz undecuq fluat. est ea hba
hns stipites quadratos et cauos. et folia aliqntulu
spinosa et mollis. et 9frangitur multu lac emittit
expi. ¶ Item cinis rane 9buste positus sr sanguis
locum stati retinz fluxu eius. pli. et a. ¶ Item
fimus apri recens precipuu est remediu contra
fluxu sanguis a naribz. i libro de na rer. ¶ Item
siccus fimus asini naribz ul uulnu iniectus

¶ al. est cu aceto

fluxum sanguinis etiam vene arterie stringit olo ipsius.
¶ Item pentafilon bibitum vel illinitum stringit mirte
dyas. ¶ Item cinis plumarum galline insufflatus
20. stringit san. expi. De paralisi lingue Rubrica.
Si lingua subito propter frigus distorqueatur statim
fac gargarismum decoctionis salvie rute pureti.
calo. confert. expi. ¶ Item pone in ore et sub lingua
pillas istas. R. castorii pureti radicis peonie conficc
cum tyriaca magna multum valet. expi. ¶ Item unge cerebrum
cum olo laureo vel cum olo de unipo vel con artagon. in
tiaton. an. acutis cum castore pureto valet in omni palisi
defrida. ¶ Item ruta puretum salvia sinapis cina
mo. sal. bulliant in oleo usque ad medium. et ungatur
multum confert. ¶ Item si nervus motivus impe
diatur fiat emplastrum super occipicium. unde oritur con
pice. cum oleo antiquo axungia ursi. stercore colum
bi et viva calce fimo humano. castore pureto. ¶
Item si ledatur nervus sensitivus pone emplastrum in
prora capitis quia unde oritur si alibi est origo mor
bi pone ibi et non super membro leso. hec omnia usque huc
expi. ¶ Item si lingua inficiatur superduc saphirum elec
tum. quia tumorem solvit lapidarius. ¶ Item
si uvula nimis laxetur fiat minutio si competit.
et post fiat gargarismus cum aqua et aceto et de
coctionis balaustie et camphore glandium et similibus. ¶
Item si fiat pulvis de pipere et acatia supponatur
uvule cum pollice hec duo ego. ¶ Item impleatur te

sta nucis media de pice. galbano. oppopo. i calid' appo
ne fontinelle colli. post occipitium multum eleuat uuu
lam trahendo. et melius est si ponatur alia per cancel
lo per medium et pars uacua apponatur uertici capitis
raso. h. ego. ¶ Item totum ouum bene coctum remoto
cortice pistum aliquantulum apponatur uitici. expt. ¶ Item
confrica[t]ur gummi rute. semen sinapis th. pix. opo
po. galba. calida actu apponantur ista in cronico mor
bo. h. ego. ¶ Item cauterium cum auro est ultimum re
medium. expt. ¶ Item cinis radicis caulis combusti sub
iectus uuule eam leuat desiccando humorem. dyn.
¶ Item in squinantia primo fiat flebotomia ma
gna postea inter gargarismus intus et extra
ut euaporatiuus ut materia extrius euaporet unde suc
co solatri in quo lentes bulliantur intus. constan. au'
de aceto et melle decoctionis balaustie acacie ypoquistidos.
h. ego. ¶ Item stercus caninum intus cum galla insuf
fletur. et desuper emplastrentur quod mirabilissime iuuat co
stan. ¶ Item cepa teratur lilii et ficus et fermentum
distemperetur cum lacte porcino quod coctum et gargarizatum
sua proprietate rumpit. r. pen. ¶ Item lunatice maxime
que inueniuntur in arboribus emplastrate super omnia ualent
ad squinantiam rumpendam. expt. ¶ Item ysopus coquatur
in aceto deinde fiat gargarismus et constringitur tumor
uuule maxime si flos eius siue puluerizatus uuule su
ponatur digito plane. ¶ Item uentosa supposita ca
piti raso eam attrahit. et sic eleuat. h. ego. ¶ Item

fac pultes de farina siliginis q̄ta liquidas. et aceto decoc
tionis rute. apri eos et da ad sorbendū. loquelam amissā
restaurat effectu mirabili. exp̄i. ¶ Item cinis radi
cis anete uuulam inflatā et siccat. D̄ya. ¶ Item
radix celidonie trita bulliatur in uino de quo fc̄ō
garga uuulam siccat. et caput purgat et instans.
¶ Item dyamoron acetū mel. mixta gargariza
statim siccat uuulam et flā consumit. Nicolaus.
dicit dyamoron omnia adiuuant. ¶ Itē radix cau
lis auulsa que p̄ea nō tetigit terrā suspensa collo
patientis certos uuule morbos tollit. ¶ Itē emplz
fcm̄ de stercore canis et hominis. et felle taurino mī
tū ū. Gili. ¶ Item fiat garga. de decoctōe ficuū
siccarū et fimo canis cito apit apa. Gili. ¶ Item
audiui a plib; expertis q̄ ūbena trita et emplāta
calā sanauit plures squināciā desperatā. exp̄i. ¶
Item dicit dya quod ligata sup tūores eos aperit
et spgit. ¶ Item flos oclī bouis omī tp̄e squinanciā
n̄ pmittit nasci. dya. h̄ba est. ¶ Itē terra nidi p
yrundinis tumorez faucium et mamillaꝝ emplāta
soluit. dya. ¶ Item balaustie et campho puluē
zata sunt bona medicina ad soluendū uuulā. auī.
¶ Itē galla cū sale ar. bonū est. io. ¶ Itē istud
est expertū. R̄. sem. ro. lib. i. succi barbe ytrine ʒ. iiij.
decoquātur cū melle et fiat gargarism̄. iiijor mō. io. ¶
Itē ad squināciā periculosam cōbure yrundines in
olla rudi et puluerē misce cū melle. et cū pēna gulā

interius unge. G. in pus. ¶ Item in pirallo tolle san-
cium ventosis de inter spatulas multum minuit mati
am et attrahit ad oppositum. Jo. ibidem. ¶ Item involua
tur tota gula exterius lana sucida intercector psopi
et oleo olivarum. G. in viatico. ¶ Item in aqua frigida vel
liantur in vino forti maturo. agrimonia dyaltea. et super
ibi intingantur et involuatur collum maturatur ei
et dyaforensim facit idem. ¶ Item filum sericum intinga
tur in sanie nisus. et cum filo isto rupta transglutiatur
multum iuvat. Jo. ¶ Item stercus canis albi sola ossa
comedentis gargarizatum et exterius emplastrum multum
iuvat. idem. similiter stercus infantis. ¶ Item sanguis humanus
siccus cum melle confectus squinanticos curat. idem Dyas.
¶ Item fiat emplastrum exterius de stercore hominis et femine
eo et visco arborum et cinere thimi combusti et aranea cyrogil
lorum hoc maturat attrahit exterius et rumpit apostema. ¶ Cui
collum circumdatur aquosum qui videtur nervus. et
quod cito pervenit ad gulam suffocatus est homo. inci
pit enim a parte posteriori et facit duas caudas et coniun
guntur in guttur quibus coniunctis mortuus est. ¶
Accipe contra hoc stercus caninum bene albium et siccum. et te
re ponas in olla nova et bulliat in vino forti quo
usque denseatur. et ponatur calidum in collo toto et ligetur
tur et fiat flobotomia sub lingua tam cito curatur expertum
hoc ego. ¶ Item diligenter caue ne utaris exterius
repercussivis sed dissolutivis et attractivis et matu
rativis interius autem vero dissolutiva apostematum et interius reper

cissiuus in augusto ptum dissolutiuus ptum repercu
tiuus. in statu itteve dissolutiuus interius. h ego. ¶ Jte
scabiosa gargarizata bibita et emplastata squinanciã
desperatã sanat. expi. expertissimũ est. ¶ Jtem in ore
apto pone baculum ne possit claudi considera locum
apostematis. et cum ligno acuto crepa. nl' enim est
ita efficax. platearius et quod' plies expertus. ¶ Jtez
ad uuulam eleuandã calidissimũ sal liga in panno.
et appone fontinelle colli inl'uz expi. De egritudi

21. G ummi nibus pectoris. Rubrica.

G eciason solutũ cum uino ueti et datũ ad sor
bend' exaspatas arterias pectoris optime leuit. dya.
¶ Jtem auellane assate et trite et date antiquissime
tussis maliciã sedat. ¶ Jtez contra stillicidiũ reu
matis antiquum. et pictin plonis raso
capite apponatur emplm de se. sinapis. et cepa et ulce
bitur cutis et reuma siccabitur. ¶ Jtem bacce lau
ri bulliant in aqua et fumus receptus per nares
et aures frigid' reuma siccabit. ¶ Jtem fiat suffu
et introitu lecti de lapdano et olibano positis super
prunas et nl' melius reuma siccat cebz confortat.
h ego. ¶ Jtem assa fetida data so cum ouo sorbili
oppilacõez factam de grossis et uiscosis humoribz in pl'
mone apit et asmaticos curat cc' instans et constan.
¶ Jtez gũmi pini seatibz sanitem miro m̃ subuenit.
et oclatas clausas toracis apit. et pulmonis uisca
expurgat. dya. ¶ Jtem puluis mox sicorv esbutti

Jte ad apostema i pectore fiat flobotomia a parte
otraria. Jte aqua decoctionis ... et liquiritir bibit.

niu͞ veneficiu͞ sentitibꝫ carne. ¶ ad purgand' pect'
accipe rutam abrotanu͞ pulegiu͞ pratale mentaꝫ
ꝛ apiu͞. de ꝯpistis. v. h'bis fac claretum ꝯ melle ꝛ bibe
ieiunus ꝛ q͞n ibis dormitu͞. ꝯ ꝛ post nichil bibas.
¶ ad tussim siccam ꝶ. radicis ungle caballine ꝛ di
das in rotlas. ꝛ sup tegulam calidaꝫ pone ita ut pa
tiens bene copertus fumu͞ eius in ore recipiat don͞
sudet ꝛ euadet si sepe fecit. ¶ Item ad tussim uinu͞
albu͞ bullias ꝯ sumitate biance. ꝛ sanguinem dissolue
ibi ꝛ da bibe. ¶ Item lexiuiu͞ fcm͞ de cinibꝫ maxie
quercus hu͞orꝫ sup'fluu͞ dissoluendo ꝛ consumendo
pulmonis apit efficacissie opilatões maxie que ex
ca͞ uenenosa fca͞ est m̄. D͞ya. ¶ Item pulmo uul
pis specialiter uꝫ anelosis. ꝛ om͞is structure pl'mōis
ꝯtrus. ꝛ ꝯsta͞n. ¶ Iteꝫ puluis ossis sepie cu͞ aqua.
¶ Iteꝫ lingua arietis comesta sepe est utilis. G. ꝛ uia.
¶ Iteꝫ pl'uis canis aspgatur sup filtru͞ ul' pannu͞
intinctu͞ melle ꝛ an'ta ueri liqfca͞ ꝛ ponatur super
pectus ul' sup collu͞ squinatici multu͞ uꝫ. G. in uia
ti. ¶ Iteꝫ semen sinapis c͞ficiatur cu͞ carnis ping
bꝫ ꝛ detur in sero dissoluit grossu͞ humore͞. ꝛ apit
pulmōis lesioneꝫ ꝛ opilatoeꝫ. ꝛ apit uias hanelit'
ꝛ pulmōis. ¶ Ite͞ fumu͞ auripigmti p os receptus
asma de hu͞oribꝫ uiscosis soluit c͞c instāis. ¶ Item
ad illos qui amittu͞t uoceꝫ pro cantu. ꝶ. rad' enule
campane ysopi. gitini. ara. alsonia. alqu͞tuta. ficus.
passas. h' multu͞ lauetur ꝛ an'ta diu bulliat. ita

ut totus succus eat in qua remaneat et coletur
bene per pannum taliter ut non remaneat in illo succus
et illa servetur et mane et sero a paciente tussim ca-
lidam sumatur. Item gerologodion est unguentum
vel medicina ad clarificandum vocem. Contra fri-
gidam tussim vinum decoctionis ysopi et ficuum siccarum.
p mamill. R. Ad tumorem mamillarum lactucas in oleo cocta[s]
tepidas suppones. Item qui spuit # da ei bibere # sanguinem
continue quod vulgaliter appellatur linga passina
et statim cessabit. exp. Item anxungis galline an-
seris porci. anatis medulle bovis butiri recentis
olei viol. ana. conficiantur omnia insimul et addatur
cera al. et gum. am. et dyagantum ita ut sit ad similitudi-
nem unguenti et fiat prius stupha super pectus cum
decoctione malve donec sudet et tunc ungatur pectus
et supponatur pilus vulpis ut excius plus iuvat.
G. in via. Item ficcus siccas et liquiricia coque in
vino albo. cl. G prius imple ficus semine sina-
pis. vinum bibat quia nocte qui comedit sic certum
clausuram pulmonis aperit ut possit respirare. exp.
p vomitu . . o. Dya. Item sirupus contra emotoicam quo vel melius vel
efficatius nichil valet. dicit gilbertus. R. pro psilio dias-
chymolee. boli. ar. acacie. coralli. ru. plus san-
nuinie. mente. psidie. galle. balaustie. gum. dr.
saurifici. corrigiole. se. arnoglosse. rosarum. sumaci.
sumac. sanguis draco. sanguinarie. ana ʒ. vinum
zuc. lib. iii. fiat sirupus cum decoctione citoniorum

lenticule · mespilorum · multum ualet emoptoicis · emor.[18]
dissinterie uomitui et fluxui menstruorum et similibus. 22

Coque De sincopi. Rubrica. et ianitione.

gallinam in uase undique obturato donec pre
fumus quod due partes sunt consumpte. tunc extrahe
et applica gallinam fumantem naribus infirmi et da
potui si fuerit cum gallina confortat cor. sume in-
cube. ozimi. antos et salvia melius erit. hoc ego. lac ca-
prinum multum ualet. ¶ Item da istud electuarium. quod ...
limatura auri ʒ i. margaritarum ʒ i. mac. ʒ ij. cube-
spodii. rasure eboris ossis de corde cerui. serici com-
busti. ozimi. antos. ana ʒ ij. coralli al. et ru. ana ʒ i.
garioph. ʒ i. zucc. lib. i. mu. ambre. ana ʒ ij. mira-
biliter confortat in omni specie sincopis. hoc ego. ¶ Item
si fuerit ex sudore uel calore nimio da zucc. ro. cum aqua
frigida et asperge cum aqua ro. ¶ Item corallus insuper
confortat animam. ¶ lignum aloes. muscus ambra. mac.
ozimum antos et salvia confortant cor spiritum temperando.
et calorem naturalem margarite corall. rasura eboris. os
de corde cerui et salvia confortant spiritum et san. corporis puri-
ficando et calorem alterando. tyriaca et salvia confortant
cor ipsum a ueneno defendendo et ipsum confirmando
hoc colliguntur ab auctoribus. De ~~inanitione~~ singultu 23

Semen aneti torrefactum et Rubrica.

odoratum singultum tollit et eructuationem.
Dyas. ¶ Item betonica confecta cum melle et data
ad modum fabe sanat digest. cibum post cenam. mac. ...

aufert uomitum. Dyas. Item eadem aufert dolorem sto
machi et tussim et suspiria. Item origanum pota
tum cum aqua calida statim tollit morsum stomachi.
Ys. Item gm masticum uino uet. solutum et potui datur
fastidium et nauseam sto. tollit. Dyas. Item aqua
decoctionis apii ozimi estuationem sto. compescit. Ys. It
apium aquaticum cum mica panis et cataplasmatum ar
dorem sto. tollit. P... Item corallus tritus cum
aqua bibitus sto. dol. et uentris sedat continuo.
Dyas. Item tantum malagr. cum aceto cortice et accipiatur
lib. i. bulliat sic donec inspissetur. detur paruum cum
uino cum aqua frigida optime temperat appetitum aut
Item succus malorum gr. cum farina ordei emplastrum
sup. os sto. morsus corporis tollit P... ex experimento.
Item apium mad. cocta et potata id facit. expi. Item
ubena posita in sinu uel comesta mire excitat ap
petitum. certum est expi. Item succus ebuli datus cum
melle. ix. diebus sto. et uentris solutionem p. luc. Item
radix artemisie et feni. et folia absinthii. simul tere. et
da bibere cum melle tepido statim uomitum tollit.
Ys. Item mastix cum albu. oui et aceto confectus
ponatur sup fontinellam sto. ipsum confortat et uomi
tum retinet circa instans. Item zeduarium masticatum
a ieiuno transglutitum. dolorem uentris tollit. Dyas.
Item aloes sup omnia iuuat sto. Ys. Item contra
dol. sto. de sicca terat. cyprus et bulliatur in oleo et sic
emplastretur. calidum precipuum remedium est et instans. It

fiat emplm.

fiat emplim de ʒ. iiij. olibani et ʒ. iiij. ce. et ʒ. s. g. ga
riofi. circa instans. De lesione pulmonis Rubrica.

Aliquando pulmo leditur ex calore desiccatiue. sicut accedit in febribus acutis et post inflammationem sitim aliquando ex clamore. aliquando ex stillicidio reumatis. aliquando ex ustione salsorum que nimius siccant. quandoque ex acetosis que exasperant. ¶ lesio ergo ex clamore sumo. pulmonis. calore. facile soluatur si in trottu dederis ei bibere aquam frigidam in qua sit coctum liquiricie et sil' quam aqua transglutiat penidio. et si tota nocte moretur et mane quando surrexerit modicum panis in aqua eadem sitim extinguit istud ego. et hoc facit aqua simplex. ¶ Item stillicidium retinent ea que dixi supra in capitulo de tusse et tussi multi ualere quod ualet quod rx. gu. ara. dragag. añ. ʒ. ij. olibani ʒ. s. conficiantur cum melle expi. ¶ Item carica plonis tussis numquam sine febre catarus. ¶ Item catarrus est in capite quando descendit ad nares dicitur corrza. quando ad fauces dicitur branchos. et quando ad pectus dicitur tussis credo quod totum hoc est a reu uel fleume descendente a capite. s. cerebro. De pleresi.

Ad pleresim primum consilium Rubrica. flebotomia opposite partis. ¶ Item post confirmationem debet fieri ab eadem parte. quia in primo fluxus ad oppositum diuidendus est. sed postquam est humor coniunctus euacuandus est. per primam utendum est calidis repercussiuis. ut membra confortetur. et materia non recedat. sed si non sunt ab initio facta actu uel repercussiuis primum

29.

24. i. dolor lateris acutus cum febre et cum sputo sanguinolento

euaporatiuis. et partim maturatiuis. et post con
firmationem euaporatiuis et confortatiuis maturatis
inter que optima est uesica circa plena decoctione
camomille et mellilotti fenugr. et filiu a principio
numquam facies euaporationem quia faceres maiorem attrac
tionem quam operatur dolor et eorum appositio quia omne eua
poratiuum attractiuum est apte inicium uita oleo diure
tica. quia humorem subtiliando et uias aperiendo auget
ueruntamen. Vtere autem maturatiuis et inglossatis. et diuti
uis sicut est radix altee. sic liquericie. se. lini. fenugr.
spodium. pultes ordei. et folia. capill. ue. se. est diure.
se. papauis al. mixta calis. ¶ Item accepi a quodam
fide digno hoc esse expertissimum. et sine periculo quia sanati
sanie et humorem plereos extre facto teratur ra
dix scabiose lib. s. coralli. ru. ℥. i. ℥. ii. uel. quod suffi
ciat fiat sic in ptisana. et cum incipit prefata decoc
tio imponas libram unam succi scabiose et plus
coralli. et non coletur bonus haustus. detur patie
ti statim rumpitur apostema et per sputum expellit sic secrete
curabat omnes caros suos. ¶ Item massam fictam
sicarum tere cum axungia uel oleo com. et super empla. sic
curauit ysaias ezechiam. ¶ Item fiat emplastrum
de radice altee cocte et fenugr. farina. et se. lini et
butiro. hoc ego. ¶ Item succus betule et nasturcii a
na. misceatur cum axungia porci uetusta liquefacta.
et addatur farina fenugr. se. lini. et frumenti et in
corporentur bene. istud speciale est preseruatiuum et replenitiuum

Regius. ¶ plesis est dolor lat'is acutus cum feb're
et sputo sanguinolento. unde pleuretica passio dicitur.
¶ Item fiat emplastrum optimum de farina fenug'. et
se. lini. et frumenti. et uino conficiatur panis cum buti
ro. et talis panis coctus calidus apponatur. ¶ Item
farina fenug'. se. lini bulliant in oleo uiolaceo et
butiro et misceatur cum malua dissoluta cum axu'gia
porci recenti totum sil' calefiat. et sepe empl'r et sepius
remoueatur. plat'. ¶ Item imbibatur lana in dy
altea. et butiro et inde locus sepius inuoluatur. idem.
Ad laxandum uentrem. ad uentrem laxandum. 25.
fel tauri. aloe. et salge et oleum commisce. et inunge
umbilicum ani in momento prouocat secessum. G. in dyn.
¶ Item radix ciclaminis trita et sup' umbilicum posita
uentrem mouet. ¶ Item eiusdem succus suppositus cum
bombace et lana stercora purgat. Dyas. ¶ Item cera
sa dulcia mane ieiuno stomacho cum suis nucleis
deuorata uentrem copiose mouent ut pedum im
plicatam infirmitate liberent. Id. ¶ Item colloquintida
mixta melli et felli tauri et supposita uentrem depo
nit. Id. ¶ Item pilla. i. statim mouet uentrem. exp'i
mentum est. ¶ Item succus ciclaminis intinctus in la
na uel bombace et ano appositus stercora educit.
Dyas. ¶ Item radix malue cocte et trite et frixe cum
axu'gia por. ueteri addito furfure apposite sup' sedem uen
trem mouet. ¶ Item radix ebuli uel succus medi
ani corticis sambuci cum axu'gia et puluere stercoris

nucis mixtus et pectini appositus ventrem mouet. Jo. ¶ Item super positorium de sapone cum muncto bu tiro et superasperso sal. gem. vel com. ventrem mouet. Jo. ¶ Item puluis radicis brionie confectus cum felle bouino vngatur super umbilicum vel empletur ventrem mouet. Jo. ¶ Item malue vel mercurialis cum axungia porci cocte et comeste ventrem salubriter mouet. Jo. ¶ Item radix elli al. hmo. esule squi mi. acori spurge. coloquintida aloes. ana confice cum ueteri axungia porci. cum volueris laxare ventrem munge plantas pedum. si uis uomere munge volas manuum. cum volueris stringere laua vel munge cum marciato. Gi. ¶ Item circumunge ventrem de herba toracii. et absque dubio purgabitur. Ge. ¶ Item lardum crudum in atramento tritum munge et pone statim herbis solutiuez. P. luc. ¶ Item comedas nebulas de farina cataputie et fructum multum lauat. ¶ Item imple testam nucis mediam butiro et liga super umbilicum et tene ita tota nocte et laxabitur sufficienter. caue tamen ne ibi nimis moretur. quia uim retentiuam destrueret. uidi hoc solo beneficio patientem constipatum usque ad sincopum laxatum. ¶ Item succum elli. m. munge super umbilicum et super pannum intinctum cum oleo si succum non potes habere puluerem radicis eius cum succo pollipodii et morelle et radicis cucumeris asini confice et munge ut supra. et si uis ut vomat cum supone propter quis ... acacie

i. brionie

et. mg.

spody. cabe an. 3 opy. ʒ. s. G. in. dia. De restrictio
Sterrus canis sola ne fluxus ventris. Rca.
ossa comedentis fortit stringit ventre aui.
¶ Item tyriaca confert vehementi fluxui omi. sde.
¶ Itez asseratur rapa 3 risi 3 milium. post teratur 3
fiat pulmentum cum lacte vacce vel capre multo
cocto. 3 anxia. ren. capre liquefacta. 3 farina coriz.
multum stringit. ¶ Item michi detur actu calid et
sicc. aui. ¶ Itez opium suppositum retinet fluxum
ventris. sd. ¶ Item sumat vnc retinz fluxum ut
dicitur quod qd suspensum retinet ipm. sd. ¶ Itez
reubar inest mirabil proprietas in retinendo flu
xum ventris. sd. ¶ Itez lac in quo sepum capruni
coctum sit stringit ventre. G. in passi. ¶ Itez po
lenta de orza. i. spelta ad facto. id ibid. ¶ Item
radicis altee decoctio bibita dissinteriam in pleni
iuvat. dias. 3 aui. ¶ Itez ventosa cum igne se
ventre posita iux. iiij. horas retinet omm fluxum
ventris. aui. expertum. ¶ Itez caseus antiquus multum
coctus 3 siccatus si detur. ʒ. i. e bon omni re. Gal. in
passi. aqua in decoctois eius est optia. aui. In p
statim purgetur matia. cum mirabol aliquan
tulum torrefactis mixtis cum aqua ro. sm exigentia
rn. 3 statim post cursum rn. detur tale electm ieiuno
cum aqua ro. vel decoctione sumat. qd recipe classe. ℞
masticis. an. ʒ. i. s. ypoquistidos. acacie. spody. ca
cabre. an. ʒ. opy. ʒ. s. pulvis casei antiqui cocti

in aceto. ʒ. ij. conficiatur cum aqua sumac. et zuc. lib. i. ¶ Item comedat panem ordei vel mily. vel orize. distemperatum cum aqua constrictiva. ¶ Item caules prius cocti in tribus aquis. ultimo decoquantur in ultima aqua cum multa pinguedine capre vel muttonis et singulis aquis tolle cum decoctione predictis pro certo valet. dyas. ¶ Item cineres terre coque in aceto usque ad consumptionem. et post emplastra ante et retro. mirum est. expertum. ¶ Item mastic. thus. ac. opium. ypoquistidos. acacie. ana. pulveriza et confice cum vitello ovi. et fac suppositoria ad modum dactuli et pone in eis filum ut possit extrahi. et suppone unum. et postquam siccatum fuerit pone alterum donec sanetur. expertum. ¶ Item radicem pungon pone tritam in aceto fortissimo tota die. et postea liga sub soleis pedis mirabilis est effectus. ¶ Item mimbrana castanee interior iuxta medullam miro modo stringit fluxum. dyas. similiter pira cocta in aceto. ¶ Item fabe cocte in aceto comeste et emplastrate multum stringunt. ¶ Item cerusa data potui cum mastice vel classa mire stringit. expertum. ¶ Item distilletur aqua de foliis quercus. Dicit enim aqua ro. data potui vehementer stringit. Jo. ¶ Item pinea sine nucleis subingatur in colophonia liquefacta pars eius ponatur super prunas ardentes. et fumus recipiatur per posteriora mire stringit et tollit tenasmon confortat membra ita ut et hu. glutinat ac instans. ¶ Item plus

colophonie. et balaust. acacie sup fumigatus
fortiter stringit. Gi. ¶ Item se. psilli torrefacti
tritu datu potui cum ouo sorbili multu stri
git. cc. in sth's. ¶ Item se coriandri potatu. fluxu
mirabilr stringit mirum est et certu expi. ¶ Item
decoctio glandis cortic. uentre stringit uehem
tia. Dya. ¶ Item nimia san. dra. th. mastic.
clarssez. sil' conure. et da in ango cum suc. ro. uel
alio stiptico. ul' cum zuc. expi. ¶ Item fac em
plm cu alb ouii. et succo lanceolate et bolo ar
ypoquistidos acacie. expi. ¶ Item uinu ul' aq
decoctois. ypicos fortissimu adiutoriu est cont
dissintiam et oez fluxu uentris et san. dy. ul' si
ipa hba. ¶ Item tapsus barbatus tritus et
coctus entatismeo in potionibz retinet fluxu.
et sanat. tenasmon plies pbatu est cc in sth's.
¶ Item opiu thus mirra. an. misce. et confice.
cum al. oui. fiat suppo. et liga cum filo ut leuit
educatur potenti retineo fluxu uentris et induc
somnu. Gr. ¶ Item reuponticu datu dissintias
psitat maximu effcm. Dya. ¶ Item fiat suppo.
ex acacia ypoquistidos opio 2fcis cu colophonia
mistu uz. h ego. ¶ Item bona tyriaca detur oem
fluxu retinz. Gi. ¶ Item gipsus potatus uentre
stringit maxie flos eius cum aq' uolunt strige.
Dya. ¶ Item uentosa magna posita sup uetrez.
et dimissa. iiij. horis. oem fluxum retinet am.

expertum est. ¶ Item filtrum lineum submersum in ui
no calido et appositum ano retinet fluxum sepe. idem.
¶ Item aqua in qua pira cocta sunt mirifice
ualet contra fluxum uentris. ¶ Idem facit decoctio foliorum
pirorum. Dyascorides. ¶ Item cinis ramorum ficus cum aqua
temperatus et iniectus per clistere dissinteriam sanat.
idem. ¶ Item in plena ampulla aque rosarum pone .vi.
gariofilos et masticem et bulliat ampulla plena in
aqua bulliente et talis aqua infirmo detur po
tui potissime ualet ad excoriationem intestinorum
secundum experimentum magistri .w. magistri Prepositi Stanco expertum. ¶
Item gummi persici in potu datum stringit uentrem. Dyascorides. ¶ Item
stipes caulis sub cineribus multum coctus et come
stus fluxum uentris retinet. idem. ¶ Item acacia
data uel supposita maxime si in suppositorio addatur
opium multum stringit uentrem. idem. ¶ Item flores
caulis bis in die in uino albo decocti dati dissinteriam
sanant. idem. ¶ Item farina cornarum siccarum cum uitello
oui pistata et cocta ad modum placentule detur re
uino dissinteriam stringit. idem. ¶ Item succus
consolide maioris cum ouo mixtus et coctus super
tegulam omnem fluxum uentris stringit efficaci
ter. ¶ Item marrubium coquitur in uino et oleo mix
tum empletur super pectinem contra unitatis. ¶ Item coa
gulum edi leporis super omnia prodest distemperatum
et datum cum succo plantaginis statim enim stri
gitur. magister .G. in uiatico. ¶ Item sirupus factus de succo

plantagis ⁊ sumat datus sup omnia ualz. Jo.
¶ Item in fluxu ex m. adherente intestinis uel sedentur lagana ad mod ad iuxta terentina tinhit ei secum quod inheret. h ego expertus est. ¶ Item epar alicuius alis coctum in aceto ⁊ comestum uehementer retinet fluxum uentris. p. luc. ¶ Item puluis marmoris cum uitellis ouorum confectus ⁊ cum uino bullitus ⁊ comestus fortiter uentrem stringit. Jo. ¶ Item acedulam infusam in aceto forti inuolue stupis aceto infusis tinctis ⁊ coque sub prunis ⁊ post extrahe ⁊ succum expressum da bibere. ¶ Item puluis fimus de uentre bouis datus mire retinet fluxum. expertum. ¶ Item febrifuga data potui statim retinet certum fluxum uentris expertum quod omnis sic curabat. ¶ Item epar muttonis uel agni frigatur in cera ⁊ detur calidum statim retinet. h ego.
¶ Item farina facta de sorbis siccis conficiatur cum melle ⁊ al. oui. ⁊ decoquitur ut panis. ⁊ detur ieiuno uel crudum inuicatur p clistere efficaciter stringit.
¶ Item si post medicinam. scano. uel coloquintida uel ceterorum sumpta detur tyriaca ⁊ medicina uel operabitur bona est tyriaca si parum operatur uz. halyp ⁊ regali dicitur. ¶ Item gallina impleatur sumac. p perquisitis dos ⁊ salibus. ⁊ coquatur bene bibatur ius ⁊ carnes comedantur ⁊ sit antiqua multum confortat stringit.
h ego. ¶ Item lac coctum bibitum cum distillatum uentrem restringit. h ego. ⁊ torsione intestinorum mun

t in agresta uuarum acerbarum

fiet sanat maxime caprinum uel asinum. Dya. ¶ Item
super omne ualet lac uaccinum decoctum cum ferro uel
lapide et super omnes aliquis in casu urina. Gili.
¶ Item si fluxus sit de consumptiua vel contagiosa de-
tur panis bis coctus confectus cum puluere mar-
garitarum et cristallinis frenum est hay colerum et eas
restringit. Io. ¶ Item rubi cocti in aqua decoctionis
acori da lienterico summum est remedium si fuit sine
febre. si autem febricitat balneetur in aqua acori. vel
suppleatur contra instans. ¶ Item puluis rosatus con-
fluxum uentris stringit. Dya. ¶ Item trifera magna
cum tepida aqua data dissinteriam omnino sanat et uomitum
stringit. G. in dy. ¶ Item ad lienteriam et dissin-
probatissimum fac emplastrum de pomis acerbis et agresti-
bus coctis calidum supra renes et super umbilicum.
et cum infrigidatum fuit renoua calefacta. et hoc fac sepe. do-
nec sanetur. quia iam desperato cito subuenit. G. in
Dya. ¶ Item fac succum capitis porci cum recina-
misce et pone super regulam candentem. et parum ui-
num recipiat per posteriora. ter vel quater certum est. G.
ibidem. ¶ Item castanea munda intius et extius. et
gallas et cinamomum coque et decoctioni adde zuccarum et da
de tribus in tribus noctibus vel potius et liberabitur. Io. ibidem.
¶ Item coctana temperata cum succo mili sol vel utilis-
sima est. Io. ibidem. ¶ Item. Recipe balaustie. psidie Galle.
et acacie. sumac. ce. orientalis mirtillorum. ana. opii
medietatem unius fac pillulas cum succo mir-

tillorum ad modum ceteris da .v. aut .vi. cuntidomini tu. id. ibid. ¶ Item R. mirre opii acacie. prunel lorum storac. ana ℨ. i. olibani. mastic. ana ℨ. i. si ceres ℨ. ß. confice cum succo summitatum rubi aut arnoglosse et facias capucias. da .v. aut .vi. mirabilis effectum. id. ibid. ¶ Item nodus unius cap sidis radicatus potui. fluxum ventris stringit.

De colica et yliaca passione. Rubrica .xxxv. (passione)

Ffimus qui invenitur in stabulo ubi fit yma(?) magis putridus ubi mingunt tauri et sic appositus dolori cum oleo vel sepo mire dolorem sedat. Gile. et Gerardus. ¶ Item stercus lupi ligatum in cruribus. aut pectine statim tollit dolorem. Galt. dicit se plures probasse. ¶ Item stercus lupi canis et columbi ana ℨ. iii. pulveriza et liquefacta commisce et auxungia liquefacta et calidum appone mire iuvat. hoc ego. ¶ Item fimus hominis bovis columbi soricis galline capre uva. lilium pulverizentur et conficiantur cum succo cucumeris agrestis et oleo vel auxungia emplastra calida multum iuvat et movet ventrem hec ego collegi ex auctoribus. ¶ Item statim fiat balneum in quo ponantur omnia dicta stercora que poterunt inveniri mire resolvunt ventositates et humores in scocos. hoc ego. ¶ Item detur tyriaca magna cum vino calido in quo gariofili dissolvantur. G. in pass. ¶ Item carnes galli veteris multo sale co quantur fortiter sit totum vel nocte una et mane detur.

quere etiam in virtute mirre(?) . hec infra . ad collicas(?)

. al. collica passio bene in budello curato, ut fecit.

uus calid' potetur pbatū est et optim. ysaac in dictis
pticularibꝫ. ¶ Itē in testiculū maris albi multis
dā comedere colicam perfecte sanat. expi. ¶ Item
pruingus herba tota cum radice potata cum aq
et melle colicū mitigat dol'. linus. ¶ Itē cinis
caluū iuuglansī cōbustar confectis cum auxūgia
ueti emplatus dolorē uentris. laterū. renū aufert
mac. desiccat enī fortiter ⁊ consumit. ¶ Item
betonica data potui cum aqua tepida dol' ⁊ tor
turam uentris sedat. mac. ⁊ dya. ¶ Item oleū
uetustissimū ⁊ sal omīa eq̄lr mixta coque ad
spissitudinē. post intinge de ħ filtrū ul' lanam
succidam ⁊ pone. ⁊ sepe muta in sicca. ⁊ datur ī
intollabili colica expertū est. Gile. ¶ Itē piganā
cū uino bibita seu emplata seu fomentata coli
cum tollit dol'. Gil'. ¶ Itē stercus columbinū
cū uino coctū ⁊ emplatū tritū sup omīa ualꝫ. id.
¶ Itē nux matochitana comestis. ix. granis
cum uino ponatur fortē sima celitate dol'.
colicū ⁊ yliacū tollit de fca. id. ¶ Itē stercus
ouis calid' cum sepo uino diu teratur ⁊ suggat
desup puluis picis cōs ⁊ bene cōmixtū tepid' po
natur tanq̄ coctū mirabilez ħt effcm id. ¶ Itē
si stercus lupi recens fiat emplm n̄ oꝫ addi ad
colicā curandā. si uo fiat antiquū oꝫ qd' ueti olo
dissoluatur. id. ¶ Itē marrubiū albū coctum
in olo oliuarū tritū ⁊ appositum mirablr sa

Item quod ponit hic ī caplo de betonica ⁊
lapide aquilino

nat dol. G. ¶ Item catellus canis infra .ix. dies
occisus coctus et comestus in testinorum dol. mec
nu curat. Sixtus ad octavianum. ¶ Item cortex pi
ni cum vino coctus vinum bibitur efficacissime tol
lit torsiona ventris. Ysa. ¶ Item radix cum vino
bibita dol. lateris tollit. Id. ¶ Item ruta bulliat
in oleo et butiro et intinciatur per clistere statim tollit
dol. Id. ¶ Item ℥ .i. agarici potui data torsiones ve
tris sedat humores crudos evacuendo. Id. ¶ Item
quod invenitur in stercore lupi bibitum vel suspensum
cum pelle cervina vel lana ovis quam lupus inter
fecit mirabiliter et efficaciter sedat dol. colicum. Id. ¶
Item stercus lupi datum potui colico statim iuvat.
Id. ¶ Item da elleborum cum modico pane. quia super
omnes medicinas ventositatem dissolvit. sitim
generat. ideo est in hoc casu sume utile. Ga. in me
gategni. ¶ Item radix lilii potui data cum decoctione
marrubii colicam sedat. Id. ¶ Item si ira sit calida
subtilis et furiosa detur tyriaca cum soporiferis. vel
dentur sola soporifera cito mitigabitur infrigidando et
congelando humores. G. in mega. ¶ Item suppositorium
de castore opio lupini utilissimum est mitiga
do dol. et aurium oculorum et febrium. Id. ibidem. ¶ Item lana
de pelle ovis quam lupus interfecit evellatur sine
ferro et duabus sororibus vel geminis fascia texatur quam
si circa ventrem ligaveris. dolor colicus non ascendet. G.
in passionario. ¶ Item altea habens folia divisa in aqua

cocta in testiculor dol' tercio die sanat. nos expti sum'
Dya. si fomentet'. ¶ Item vesica cerea cum decoctõe
diureticor calidor sũmũ est remediũ si applicet'
Ricard'. ¶ Item pulvis coralli bibitus cum aqua
pluviali dol' stõi et ventris sedat. Dya. ¶ Item
aqua decoctõis altee fomitata tercio die sanat in
testiculor dol'. Dya. dicit se expti. ¶ Item succus
arnoglosse tepidus fomitatus statim dol' ventris
tollit. mac. ¶ Item misceat' succus nimi 7 viij g'
na piperis. 7 parum mell' da bibe' mirabis. G. in dya.
¶ Item ydroleon 7 mulsa bibita 7 iniecta mit' fac
maxie si est anfraxis stercor. id. ibid. ¶ Itẽ farina
seis lini 7 ordei cũ oleo camomille coque et calid
appone id. ibid. ¶ Item fiat emplm sup locũ de fo
liis lapacij maioris. 7 malvis coctis in aq̃ 7 tris
mir' est. h ego. ¶ Item nõ q' sim. G. ydroleon fit
ex. xij. ptib3 aque 7 tercia olei sil' coctis usq3 ad aq̃
29.
consũptõez. **De thenasmone. Rubrica.** .i. tantago . varat.
.i. dolor intestini inferioris
Ruta bullita tepefacti et sup locũ empleur
saluberrime sanat. Dya. ¶ Item tapsus barba
tus tritus coquatur in aqua et fiat fomtũ et em
plm expũ est cc instas. ¶ Item cortex malignati
et radix fraxini coquat' in dulci vino 7 tale vin
detur multũ uz expi. ¶ Item Re. olibani ʒ. i. ameos
opij ʒ. ß. croci ʒ. x. confice cũ melle 7 fac suppositori
um 7 tene secretũ. q2 efficaci nich est. ¶ Item ci
minũ anisũ. colophonia ponant' sup prunas

et cum assellat recipiat fumū p posteriora. id. ¶ It
solum anetū torreatur et sacelletur. certū est. expi.
¶ Item in decoctōe aneti intingatur bombax ⁊ in
ueterat. et post siccetur ⁊ cum eo tigatur sepodex. Gal.
¶ Item suffumigatō facta de sarcocola posita sup prunas
sanat thenasmō. probatū est. cc. instās. ¶ Item
ungant renes ⁊ totū inferius usq ad finez spine
melle tepido. ⁊ sup aspgat puluis colophonie. sem
pulegii. ysopi. origani ⁊ ligetur cum fascia. plate
arius. ¶ Itez pinea uacua incendat integra sup
prunas. ⁊ qn inflāmata fuit sup aspgat puluis
sūs. de colophonia ⁊ aneto constricto. ⁊ fumus p
posteriora recipiatur efficacit iuuat. Ricard. ¶ Itē
policaria emplāta sanat thenasmon. ⁊ tumorem
ani. cc. instans. De lumbricis et uermibus Rca. 30
Ut lumbricos oīs interficias da patienti ie
iuno lac pusī bibē tribz diebz. ul qtuor.
quinta die mane da allia trita cum aceto bibē
tepida. expi. ¶ Itez emplm de folys psica ul porroꝝ
cum aceto ponatur sup stōm. ⁊ patiēs sedeat in
lacte tepido si repitur. ul in aqua mellis. statim
fugiunt amaritudinē. ⁊ descendunt ad lactis dulce
dinez. hoc ego. ¶ Item sem caulis potatū omīa — cum vino calido
uermis alia necat. G. ⁊ dya. ¶ Itez arnoglossa
trita ⁊ umbilico emplāta ul bibita lumbricos
sua pprietate excludit auī. ¶ Itez cortex malig
nati ⁊ radix fraxini coquitur in uino dulci uel

It ℞ folia psici. cornu ceru cobustū ⁊ tritū. lupinos cū
cortice siccatos, ita q possint pistari oficiāt cū oleo petrolico.
